



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 2. Ferrariensis Cardinalis rursus a quibusdam in Papam expetitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Caleti morabantur, literas dabat, pe- Sæcul.XVI.
tens, ut hi Hispaniam inter, & Fran- A.C.1555.
ciam pacem conciliarent: Pariter eos-
dem rogabat, ut Cardinalem Lotharin-
gium, Connestabilem, ceterosque Gal-
liæ Regis Oratores sibi devincire, eo-
que inducere studerent, ut Regem suum
Polo propitium redderent, eoque hic
præ ceteris ad occupandam Sedem A-
postolicam magis idoneus videretur.
His quoque subjunxit Regina, quod i-
psamet suas preces pro Polo Cardinale
interponeret, ita tamen, ut hic hac de-
re ne obscuram quidem haberet no-
titiam. Attamen priusquam Regina
hasce literas exarrasset, jamjam in con-
clavi de futuro Pontifice erat conclu-
sum.

§. II.

*Ferrariensis Cardinalis rurus a qui-
busdam in Papam expetus.*

Nihilominus ad Franciæ Regis pre- Pallav. l. 13.
ces Polus in sacris hisce Purpura- c. II. n. 8.
torum comitiis proponebatur: verum
in hoc quoque conclavi æque, ac priori
eadem fermebant suffragantium moli-
mina, in hoc tamen notabatur discri-
men, quod antea Cæsarei Gallorum
artes eluserint, cum tunc Virum ipsis
quoque omnino acceptum proposuerint,
in præsentibus econtra comitiis Galli

Sæcul. XVI. ad evertenda Cæsareorum, qui electio.
A.C. 1555. nis sortem suo arbitrio relictam crede-
 bant, consilia nunc pari artificio(*) usi Car-
 dinalem nominabant, a quo Cæfaris
 fautores plurimum erant alieni, cuius
 quoque electionem ad Pontificatum
 nonnisi ægerreme tulissent. Præterea
 Alexander Farnesius Cardinalem Po-
 lum proponebat, nonnisi cum gravi ce-
 terorum Cardinalium indignatione, præ-
 cipue vero Bellai natione Galli, qui po-
 tius in Ferrariensem Cardinalem suffra-
 gia conspirare voluit; quapropter nil
 intentatum, inausumque relinquebat, ut
 electio usque ad ceterorum Cardinalium
 Gallorum adventum differretur, eo consi-
 lio, ut suam factionem saltē numero fir-
 maret. Verum tali consilio Farnesius, qui
 Polo favebat, sese opposuit, huic inni-
 xus rationi, quod Italum tam potentis
 Fam-

(*) An hoc *æquale* artificium appellari va-
 leat, prudentis Lectoris judicio relinquimus,
 id tamen certum est, quod ad electionis unita-
 tem magis conferat artificium Cæsareorum,
 qui Virum proponebant etiam Gallis acceptum
 econtra suapte natura Gallorum artes facile
 schisma concitare potuissent, cum Cardinalem
 Cæsareis exosum Petri Cathedræ intrudere ge-
 stirent. Nempe adeo inconsiderate Continuator
 non nunquam pro suo arbitrio quædam recen-
 set,

Familiæ Principem, qualis erat Ferrarensis, ad D. Petri Cathedram evehere haud expediret: quapropter Galliarum Regi exposuit, haud sperandum, quod Ferrariensis Cardinalis eligeretur, cum potius prævideri posset, quod sacram Collegium in tres alias Cardinales sit propensurum, ac horum quidem primus esset Polus omni meritorum genere clarissimus, ac certe a Gallis minime repudiandus: alter vero Caraffa, qui unice ob decrepitam ætatem aliis Pontificatus spem facere posset, de cetero autem Apostolicæ Sedi parum idoneus existeret, eoquod plurimos sibi sanguine junctos, qui omnes Cæsari potissimum sunt subjecti, numeraret. Tertius denique erat Moronus, cui tamen Carolus V. Cæsar minime propensus esset. (*)

§. III.

fet, ut, dum alienæ famæ invidiam creare molitur, propriæ suæ præjudicet..

(*) Ex incuriæ vitio hæc de Morono Continuator descripsit ex Pallavicino, qui tamen loco cit. oppositum afferit his verbis: *Tertia joco Moronum nominabat, cui tamen obiectabatur animus Cæsari prorsus addiditus.*

M 5